

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Bvllarii Earvmve Svvmorvm Pontificvm  
Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae VsVm post  
volumina Iuris CanoniciS, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N.  
D. Pavlvm Papam V. emanarunt**

**Quaranta, Stefano**

**Venetiis, 1619**

T

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10793**

charitate mibi sumpli, ut Synodum ipsam percurrerem, simulque ea adnotare, quæ notatu digna visa sunt, quemadmodum licebit in extremis ipsius Synodi pagellis, vbi nostras animaduersiones adscriptimus, inspicere. Quod superest tu, Clerusque tuus in tot salutarium constitutionum obseruatione nouet incombite, memores unam, optimamque legem esse legum obseruantiam. Valete in Domino. Romæ pridie kal. Decembri 1586.

Amplitudinis tua Perillustris, atque Reuerendissimæ

Vti frater studiosus A. Card. Carafa.

De synodo episcopi, & de statutis episcopi synodalibus copiose scripti Henricus de Bottis omnino videndum.

### TORNÉA MÉTA.

**P**RÆTER Summistas in hoc verbo sciendum est, super prohibitione taurorum, & ferarum, & annulatione votorum, & iuramentorum super eisdem prottempore interpositorum extare Bullam Pij V. Romæ publicatam die 15. Novembris 1567. tenoris sequentis.

De salute gregis dominici nostræ curæ diuina dispensatione crediti, prout ex debito Pastoralis officij astringimur, solicite cogitantes, fideles cunctos gregis eiusdem ab imminentibus corporum periculis, etiam animarum pernicie perpetuo accere studemus. Sane licet detestabilis Duelloru[m] y[er]sus a diabolo introductus, vt cruentata corporum morte animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto Concilii Tridentini prohibitus fuerit, nihilominus adhuc in plenisq[ue] ciuitatibus, & aliis locis, quamplarimi ad ostentationem virum suarum, & audacia, in publicis, priuatisque spectaculis cum tauris, & aliis feris bestiis congregari non cessant. Vnde euia hominum mores, membrorum mutilationes, animarumq[ue] pericula frequenter oriuntur. Nos igitur considerantes hæc spectacula, vbi tantu[m], & feræ in circo, vel foro agitantur, a pietate, & charitate Christiana aliena esse, ac volenter hæc cruentaria, turpiaque dæmonū, & non hominum spectacula aboleri, & animarū saluti quantum cum Deo possumus prouidere, omnibus, & singulis principib[us]. Christianis quacunque iam ecclesiastica, quam mundana etiam Imperiali, Regia vel quavis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupantur, vel quibusuis communitatibus, & resp[on]publicis hac perpetuo nostra constitutione validura sub excōmunicationis, & anathematis pœnis ipso facto incurriendis, prohibemus, & interdicimus ne in suis prouincijs, ciuitatibus, Terris, oppidis, & locis huiusmodi spectacula, vbi Tauroru[m], aliarumq[ue] ferarum bestiarum agitationes exercentur, fieri permittant. Militibus quoque ceterisque alijs personis, necum Tauris, & aliis bestiis praefatis spectaculis, ipsi tamen pedestres, quæ equestres cōgredi audeant inter dicimus. Quod si quis eoru[m] ibi mortuus fuerit ecclesiastica careat sepultura. Clericis quoque tam regularibus, quam secularib[us], beneficia Ecclesiastica obtinentibus, vel in sacris ordinib[us] constitutis, sub excōmunicationis pœna, ne eisdem spectaculis intersint, similiter prohibemus, omnesque obligationes iuramenta, & vota, a quibusquis personis, universitate, vel collegio de huiusmodi Taurorum agitatione, etiam ut ipsi falso arbitrantur, in honorem Sanctorum, seu quartuum ecclesiasticarum solennitatum, & festivitatum) quæ diuinis laudibus spiritua-

R. 2 libus

# TORNEAMENTOAT

228

libus gaudiis piisque operibus, cum huiusmodi iudicis celebrari, & honorari debent) haec tenus factas, & facta, seu in futurum fienda( qua & quas omnino prohibemus) castamus, & annullamus, ac pro cassis nullis, & irritis habeti perpetuo decernimus, atque declaramus; mandamus autem omnibus principibus, comitibus, & Baronibus S. R. E. feudataris, sub pena priuationis feudorum, quae ab ipsa ecclesia Romana obtinenti, reliquos vero Principes Christianos, & terrarum Dominos predictos hortamur in domino, & in virtute sancte obedientiae mandamus, ut pro diuini nominis reverentia, & honore, præmissa omnia in suis dominijs, ac terris huiusmodi exactissime seruari faciant, vberimam, ab ipso Deo mercedem tam boni operis recepturi; ac vniuersis venerabilibus fratribus, patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, aliisque locorum ordinariis in virtute sancte obedientiae, sub obtestatione diuini iudicij, & intermissione maledictionis æternæ, quatenus in ciuitatibus & diecœsibus propriis praesentes nostras literas sufficienter publicari faciant, & præmissa etiam sub pœnis, & censuris ecclesiasticis obseruari procurent. Non obstantibus &c.

**A D D I T I O.** Ad huius Constitutionis intellectum vide tradita per Nauarr. qui eam ad verbum refert in man. c. 15. num. 18. & tribus seq. Ioan Gutier. lib. I. canon. quæst. c. 7. Petr. Nauarr. in tract. de restitut. lib. 2. cap. 3. num. 300. & seq. & Rodriq. in Sum. par 2 cap. 73. Neque ignorandum, quod prefatae constitutionis pœna, & censurae in Regnis Hispaniarum, quo ad laicos, & fratres Milites tantum quarumcumque Militiarum, ( dummodo sacris Ordinibus initati non fuerint,) reuocatæ fuerunt per Greg. 13. duabus adhibitis conditionibus, scilicet, ut agitationes taurorum festis diebus non siant, nec non prouiso per eos, ad quos spectabit, quod exinde alicuius mors, quo ad fieri poterit, sequi non possit, per quem in reliquis a Pio 5. millesimo quingentesimo septuagesimo quinto die 25. Augusti continetur, quarum literarum seriem & tenorem recenset Ignat. Lopez ad Diaz in præt. crimin. can. c. 73. Et insuper in eisdem Hispaniarum Regnis duntaxat, ac cum eisdem conditiobus Sanctissimus D. N. Clemens 8. abundantius predictas penas, & censuras in Pio 5. constitutione contentas sustulit, & amonit, scilicet, quo ad omnes in ea expressos ( exceptis Monachis, & Fratribus mendicantibus, ceterisque regularibus cuiuscumque Ordinis, & instituti,) illam ad terminos iuris communis reducendo, non tamen illi derogando Monet tamen sua Sanctitas, ac in Domino hortatur Clericos sæculares, beneficia Ecclesiastica obtinentes, vel in sacris Ordinibus, seu in Ecclesiastica dignitate constitutos ibi existentes, ne paterna hac eius benignitate abusantur, prout plenius in suis literis sub Dat. Romæ Anno millesimo quingentesimo sexto die 13. Ianuarij habetur, quarum literarum contextum refert cum annotationibus Roderic. Tomo 3. quæst. regular. quæst. 68. art. 2.

V E C T I

Greg.XIII.Ad futuram rei memoriam.

**E**xponi nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus , quod felidis recordationis Pius Papa prædecessor noster , periculis fidelium occurrere volens , per suam Constitutionem , omnibus Principibus Christianis , ceterisque personis in ea expressis sub excommunications , & anathematis , & alijs censuris , & pœnis prohibuerit , ne in eorum locis , spectacula , vbi taurorum aliarumque ferarum bestiarum agitationes exerceantur , fieri permisterent : aut illis quomodolibet interesse , prout in eadem Constitutione latius continetur . Nil hilominus idem Philippus Rex Regnorum suorum Hispanorum vultate motus que ex agitationibus horummodi taurorum peruenire solita erant , nobis humiliter supplicari fecit , vt in præmissis opportune prouidere de benignitate Apostolica , dignaremur . Nos ipsius Philippi , regis , nobis in hac parte humiliter porrectis supplicationibus inclinati , excommunicationis , anathematis , & interdicti , aliarumque ecclesiasticarum sententiaturum , & censurarum in ipsius Pij prædecessoris Constitutione contentas pœnas in eisdem , Hispaniarum Regnis , quo ad laicos , ac fratres milites tantum quarumcunque militiarum , etiam præceptorias , & beneficia ipsarum militiarum pro tempore obtinentes , dummodo dicti fratres milites Sacris ordinibus initiati non fuerint , & agitationes taurorum festis diebus non fiant , auctoritate Apostolica tenore præsentium tollimus , & amouemus , præmissis , aliisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque . Proutiso tamen per eos ad quos spectauit , quod exinde alicuius mors quo ad fieri poterit , sequi non possit , Datum Romæ Apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 25. Augusti 1575 . Pontificatus nostri anno quarto .

Sequitur moderatio Clem. VIII. ralata per Emanuelem  
Rodericum in loco præallegato.

**N**Os considerantes pœnas omnes excommunicationis præsertim , & anathematis salutates esse debere , quod eo consilio adhibendæ sint , vt omnes illarum timore per territi eas res , quæ prohibentur omnino cuident , & animaduertentes commemoratas censuras , & pœnas parum in dictis Hispaniarum Regnis hactenus præfeciisse , atque hoc tempore non solum animabus non mederi , sed plurimum obesse , quinimo materiam Scandali plerisque afferre , his sane malis , atque periculis pro debito pastoralis officii quantum cum domino pollimus occurrere cupientes auctoritate Apostolica tenore præsentium excommunicationis , atque anathematis ceterasque pœnas in dictis literis .

Rr 3 con-

contentas, quo ad omnes in illis expreslos in Regnis Hispaniarum dūtaxat (monachis & fratribus mendicantibus, ceterisq, cuiuscunque ordinis, & instituti regularibus exceptis) tollimus, remouemus, & amouemus, easdem, quæ Pii prædecessoris literas ad terminos iuris cōmuni, cui per præsentes non intēdimus, do rogare, perpetuo reducimus, ac restituimus, reductasque, & restitutas esse decernimus, & declaramus, non obstantibus præmissis, nec non ceteris constitutio nibus, & ordinationibus Apostolicis, alijque contrarijs quibuscunque, volvamus autem ut huismodi taurorum agitationes in eisdem Hispaniarum regnis fessis diebus non fiant, & per eos ad quos spectat prouideatur, ne inde alicuius mors, quod fieri poterit sequatur, clericos vero sœculares beneficia ecclesiastica obtinentes, & in Sacris ordinibus, seu in ecclesiastica dignitate constitutos inditæ Hispaniarum regnis existentes per præsentes monemus, & hortamur in domino, ne paterna hac nostra ex Sedi Apostolice benignitate abutantur sed memores muneric, & vocationis suæ eamque virtusque rationem habeant, vt nihil quod a propria dignitate & a sua, ceterorumque salute, alienum existimat urillo vñquam loco admisisse arguantur. Datum Romæ apud Diuum Petrum sub annulo Piscatoris die decimo tertio Ianuarij anno 1596. Pontificatus nostri anno quarto.

## V E C T I G A L.

**P**RÆTER Summistas sciendum est, qualiter illi, qui collectas, decimas, taxas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus huismodi absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diversis ejam exquisitis modis exigunt, aut sic imposta etiam a sponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Non, qui per se, vel alios directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, ac in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur; cuiuscunque sint præminentiae, dignitatis, ordinis, &c. Sunt excommunicati, & absoluti est reseruata Papæ, vt in Bulla Cœnæ capit. 18. vbi etiam capit. 5. sunt excommunicati, qui in terris suis nova pedagia, seu gabellas, præterquam in casibus sibi a iure, seu ex speciali Sedi Apostolice licentia permisso imponunt, vel augent, aut imponi, seu augeri prohibita exi gunt.

*Regula:  
quod p-  
sonæ ec-  
clesiasti-  
cæ & eo-  
rum bo-  
nugau-  
dēt im-  
munitate.*

*AD DITIO: Firmissima, & Generalis statuenda est Regula, quod Clerici, &  
quilibet personæ Ecclesiastice gaudent immunitate gabellarum, collectarum, & hu-  
iustimodi, eorumque bona a simulibus oneribus, & exactionibus esse exempta, est  
etiam priuilegium eis a iure concessum, ita vt a laicis compelli non possint ad sol-  
uendas gabellas, vietigalia, datia, &c. cap. non minus ubi Abbas num. 3. & 17.  
&c. aduersus de immunitate Eccles. idem Abbas in conf. 13. par 2 c. quamquam de-  
cens. in 6 clem. presenti eod. tit. cum alijs concord. Concil. Trid. sess. 25. de ref. c. 20.  
vbi immunitates & priuilegia Ecclesiarum, ac Ecclesiasticarum personarum in-  
nonantur, & confirmantur. Soto in 4. sent. dist. 25. q. 2. art. 2. Alfon. de Castro lib. 1. de*